Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift

erat soporatus a sono otius excitatus auri sonum ante
perquirebat. surgensque uirum secutus agnouit per umbram
sanctum esse nycolaum. pedibusque illius prostratus adiurans
ait. Precipe quid agam sanctissime pater. At ille inquit.
Iam tuas filias noli tali scelere consentiendo ma
culare. sed uade easdem uiris trade filias iusta
copulatione. et ex ipso auro quod tibi opus est prepara. et
hoc proba quod tibi numquam deficiet. At ille confessus est sancto.
quod pro nimia sua paupertate tale scelus egisset.
Tunc demum spopondit atque promisit numquam se ta
li sceleri consentire. sed exhortationes sancti viri in
modis omnibus adimplere. Igitur sic a beato uiro
instructus atque corroboratus. celestis pabulo predi
cationis una cum filiabus irreprehensibilem deo iu
uante uitam duxit.

QVODAM quoque tempore a palmitarum
castello ad sanctum uirum nycolaum homines
uenerunt. qui ei pariter supplicantes dicebant. Re
uerentissime pater petimus deposcimusque tuam sanctissi
mam benignitatem. ut auxilium nobis conferre digne